Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



19

Mirabiles fac misericordias tuas qui bus me virtuti
bus fulgere et miraculis coruscare concedis .v. ad effectum
poric/ que et si non credant/ tu sub admiratione conspiciant
ne mihi huc vilescant et minus apprecient. tu fac hoc quia
sperantes in te in eterna uita constitues

A resistentibus mihi iudeis qui demoniaco instinctu
aduersus me seuiuit qui dextera tua sum per cum pignus
pacis dedisti mundo custodi me secum humanitatem ita
diligentes ut custoditur pupilla oculi

Sub mumimento alarum tuarum .v. mihi et caritatis
plege me et meos abinstancia impiorum demonum et iudeorum
qui me et meos afflixerunt usque ad mortem

Ita afflixerunt cp II inimici mei iudei circumdederunt vita
meam gladijs et fustibus consilijs et insidijs volentes
eam perdere/ adipem .v. habundantem malicia suam
tanta obstinatione firmarunt ut absque ulla mia persequerent
meos in sup os eorum locutum est contra me superbiam dicen
tes/ due rex iudeorum/ et huiusmodi

Proicientes me conti ciuitatem quasi locus de me
macularet circumdederunt me non obsequio sed furore
in truce/ quasi ad spectaculum conuenientes ut me deride
rent et hoc ideo quia oculos cordis eorum statuerunt no
eleuare ad deum sed declinare ad terram suam et gen
tem conseruandam/ putantes se locum et gentem et diui
cias amissuros si xpm non occiderent

Susceperunt me principes iudeorum a pilato dicente
eis/ tollite eum et secum vram legem iudicate/ ut leo
famelicus parratus ad predam et plus reliquus iudeorum
sic catulus leonis permanes insidijs ut sue crudelitatis vo
tum more ferarum in me adimplerent